

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Georg Mejer Mauritius Sanderus

Disputatio VII. Collegii Metaphysici : De Uno

Rostochii: Myliandrus, 1610

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729121127>

Druck Freier  Zugang





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn729121127/phys_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729121127/phys_0001)


DFG

R. U. phil. 1609. 10.

12 ggl.

35 1717





DISPUTATIO VII.
COLLEGII METAPHYSICI
DE
UNO
Quam
AUSPICE CHRISTO
In alma Rosarum Academia
PRÆSIDE
M. GEORGIO MEIERO
Duderstad. Sax.
Defendendam suscipiet
MAURITIUS SANDERUS
Hadelensis.
Ad diem 22. Septemb. horis pomeridianis.

ROSTOCHII
Ex Typographia Stephani Myliandri
Anno cI5 I5 CX.





DE UNO.

Theorema I.

Vox unius est μόνη.

Drumum inter affectiones Entis simplices tribuimus locum Unitati, secuti hac in parte Philosophum, qui semper Ens cum Uno conjungit, eò quod quamvis omnes affectiones, Entis naturam simul consequantur: respectu nostra tamen cognitionis, Unitas reliquias precedere videatur.

II. Varijs autem modis vox Unitatis accipitur. Sumitur primò pro unitate numerali, quæ numerationis est mensura. Deinde pro eo quod est unum per accidens, ex pluribus scilicet Entibus compositum, in quibus alia quam essentialis unio datur. Et hoc à Philosopho, perinde ut Ens per accidens, triplex constituitur lib. 3. Metaph. c. 6. 1. quando subjectum & accidens, quod subjecto accidit dicuntur unum, ut Coriscus est musicus. 2. quando subjectum, & ex subjecto ac accidente compositum dicuntur unum, ut Coriscus est musicus Coriscus. 3. quando accidentia dicuntur unum quid, eò quod de eodem dicantur subjecto, ut Coriscus est musicus justus. Tandem magis propriè vox unius sumitur, pro eo quod est unum per se & reale, de quo præsens Φίλος potissimum instituitur.

Theorema II.

Unitas est modus quidam consequens Ens, per quem illud in se est indivisum, & à quovis alio distinctum.

A 2

Per

Per indivisionem sive divisionis negationem non mera notatur privatio, ut multi volunt, sed modus quidam positivus, quem unitas Enti superaddit. Tantum enim abest, ut indivisio privationibus annumeretur, ut potius divisio ijsdē annumerari debeat, quia divisio nihil aliud est, quam unitatis destractio. Hunc autem modum positivū, quem indivisio notat propter summam obscuritatem negativè circumscribimus. Licet autem Ens secundum unitatem non dicatur indivisum privativè: privationem tamen imitatur, & à mera negatione recedit, quod ipse etiam fatetur Svarez, exp̄s̄ qui dicit, unum dici indivisum non privativè simpliciter, sed ad modum privationis, disp. 4. sect. 1. dist. 19.

Theorema III.

Unum itaque modum quendam positivum
Enti superaddit.

I. Sunt qui statuunt unum addere supra Ens proprietatem quandam positivam, non realiter, sed sola ratione ab Ente distinctam ad eum modum, quo justitia dicitur esse affectio positiva Dei, sola ratione distincta ab illo. Sed quia hæc sententia non facit discrimen inter Ens increatum & creatum, merito rejicitur. Quis enim diceret Ens creatum ipsam esse unitatem, aut veritatem, quemadmodum Deus dicitur unitas, veritas, justicia?

II. Multi cum Thoma in ea sunt opinione, ~~in~~ nihil positivum addere supra Ens, sed tantummodo nudam notare privationem, cui sententia subscribere non possumus, cum unum affectio sit propria Entis, quod certè positivum est. Entis autem positivi positivæ dantur affectiones. Si itaq. unum affectio est positiva, unde quæso accipit illam privationem, quam Enti superaddit? Unum se ipsum addit Enti. Unum autem est affectio sive modus positivus. Ergo etiam modum positivum Enti superaddit, non privationem. Quid enim quid

quid non habet, alteri dare non potest. Præterea cum privatio non sit propriè considerationis Metaphysicæ, edifferant I homista, quomodo unum si privationem notat, ad Metaphysicam referatur. Dicent procul dubio ex Thoma, non puram privationem unum Enti superaddere. Hoc est quod volumus. Ergo aliquid positivi. Et per consequens modum positivum Enti unum superaddit, id quod nos asserimus.

III. Objiciunt. 1. Si unum aliquid positivi superaddit Enti, erit illud superadditum Ens: quia positivum quod est, Ens est. Si Ens, erit illud etiam unum: quia hæc individuo nexo coherent. Si unum, aut per se erit unum, aut per aliud superadditum. Si prius, nihil obstabit, quo minus etiam reliqua Entia se ipsæ unum dici possint: Si per aliud superadditum, hoc iterum erit Ens: huic novum aliquid superaddetur, quod iterum unum: atque sic dabitur progressus in infinitum, qui absurdus. Quare unum Enti nihil positivi superaddet. 2. Authoritatem Philosophi opponunt, qui lib. 5. Met. c. 6 rationem unius per indivisionem explicat, dicens: οὐδέ τις ἀπόστολος μη ἔχει Διάγεστον, οὐ μη ἔχει, ταῦτη ἐν λέξεων. Et lib. 10. c. 1. τὸ εὖ εἶναι, τὸ αὐτούργετον εἶναι εἴναι. Item οὐδὲ τις εἶναι τὸ παρεῖναι τὸ ὄν lib. 4. Metaph. cap. 2.

IV. Verum respondemus ad argumentum primum, Ens ut dictum etiam in superioribus disputationibus, bisariam accipi: primò in latissima significatione, prout præter subjectum Metaphysices etiam comprehendit affectiones Entis & principia ejusdem: deinde in strictiori, prout tantum Metaphysices subjectum nobis exhibet. Id positivum quod unum Enti superaddit, potest dici Ens non in stricta, sed lata significatione, & propterea modos alios positivos non requirit, ideoque etiam progressus iste in infinitum metuendus non est. Ad alterum argumentum ab autoritate Aristotelis quod est desumptum, respondemus Aristotelem contra nos non esse. Explicat is rationem & naturam unius per indivisionem, idem facimus & nos, quia ut superius dictum,

nos aliter unum circumscribere non possumus. Per negationem itaq; divisionis unum quidem definitur, sed revera positiva quādam ratio innuitur. Privationis enim negatio semper nos ad aliquid habitum remittit. Deinde concedimus etiam unum nihil aliud esse praeter Ens. sequidem non novum Ens vel novam quandam essentiam Enti superaddit, sed modum saltem alium notat. Ideoq; etjam cum ipso Philosopho afferimus quod unum idemq; dicamus, cum dicimus; homo: Ens homo: unus homo: quia additione non novam quandam essentiam, sed modum adhaerentem exprimit, sequi enim unitatem Ens, Philosophus nusquam inficiatur.

Theorema IV

Unum Entis adæquata est affectio.

I. Quia unum & reliqua Entis affectiones cum Ente converuntur: tam latè enim patet unum quam Ens. Triplex autem hoc loco notanda est convertibilitas ex Javello lib.4. c Metaphys. q.4. quarum una dicitur secundum rem, quando duo eandem naturam dicunt adæquatam, ut animal & sentiens: altera secundum conceptum, quando duo unum idemq; simpliciter, tam quoad rem, quam quoad rationem dicunt, ut ens & gladius: tertia secundum prædicationem, quando duo quoad supposita ejusdem sunt latitudinis, ut homo & risibile. Non in secunda: sed prima & tertia significatione unum cum Ente convertitur. Et quod non in secunda, probatur, quia Ens & unum idem per omnia non significant: Illud enim est subjectum: hoc affectio subjecti. Quod vero in prima, hoc modo ostenditur, quia unum ab Ente non differt realiter: In tertia, quia de quocunq; prædicatur Ens, de eodem etiam unum enunciatur.

II. Contra vero obijci potest, quod Ens à scholasticis Dd. in unum & multa dividatur: ipsum vero unum non item. Quare haud

hanc videtur unum ejusdem latitudinis esse cum Ente. Vrum
notandum est, vocem multitudinis dupliciter accipi: primò pro
multitudine actuali: secundò pro multitudine potentiali. Non
illa, sed hac competit Enti, & etiam uni. Habet enim Ens in se
potentiam sive d'vra un secundum quam, in multa dividi potest:
habet & Unum quod actu est unum, potentiam quā in multa di-
vidi potest. Hoc declarari potest exemplo subiecto. Corpus qua-
tenus est Ens, est unum: quatenus vero corpus dividi potest in
materiam & formam, non est unum, sed multa, potentia
tamen.

Theorema V.

Vnius quinq; genera à Philosopho recen-
sentur lib. 4. Metaph. c. 6.

Primum unum est continuata, quam in se vel secundum
suam essentiā res habet, ut linea: vel tanquam accidens sibi inhæ-
rens ut crus vel brachium. Secundum cum aliquid dicitur unum
quia subiectum indifferens est forma sensibili. Sic omnia mate-
riata ratione materia prima unum sunt. Tertium eorum est quae
unum habent genus differentijs oppositis divisum. Sic homo &
equus unum dicuntur genere. Quartum ea notat quorum defi-
nitio essentialis in alijs dividi nequit. Hoc respectu individua, quae
sub una specie infimā continentur unum quid esse dicuntur.
Quintum ea exhibet, que numero idem sunt, ut Socrates &
hic homo, eodem Socrate ostendo. Vbi tamen notandum est Re-
centiores unum strictius sumere, quam Aristoteles fecit: tria enim
tantum unius genera sive ut magis propriè loquamur species, nu-
merant, genericam videlicet, specificam & numericam, reliquas
vero ab Aristotele allatas, ad unum per accidens referunt.

Theo-

Theorema VI.

Vnitati multitudo opponitur.

Multitudo unitatis quasi defectus est : Quo enim res perfectiores, eo plus de unitate participant : quo vero imperfectiores eo minus. Bifariam vero multitudo ad unitatem comparari potest, vel ut est multitudo vel ut aliquo modo est unitas. Priori modo si consideretur multitudo, & non fiat respectus ad Entia positiva, quibus unitas & multitudo attribuitur, sed ad negationem inclusam identitatis & divisionis, quarum priorem multitudo, posteriorem vero unitas negat, unitas & multitudo privative inter se opponuntur, quia videlicet multitudo subinfert secum negationem identitatis, unitas vero indivisionem statuit in Ente, quam negat multitudo : atq; hoc ipsum accipiendum de unitate transcendentali, non vero numerali, quia hac multitudini, relativè opponitur tanquam mensura suo mensurato.

Corollaria.

I.

An formalitas unius sit privatio? N.


II.

An unitas solam negationem Enti superaddat? N.

III.

An unitas transcendentalis sit principium numeri? A.

¶ 25





306. sect. 20. in hæc verba erumpens: Omne quum principium, aut à primo principio. Unia dependent igitur. Ergo suâ naturâ omnia ruptibilia. Est itaq; spiritus corruptibilis; natura: nunquam vero corrumpitur; nunquam immortalitate Deus ipsum donavit.

Theorema II.

Spiritus est vel Angelus, rationalis.

Legitimam hanc esse spiritus divisionem dñe licet. Nam 1. Angelus tantum, & aingunt. 2. immortalitate fruuntur. 3. per se possunt. Ergo etiam tantum spiritus existunt.

Theorem III.

Angelus est spiritus, qui per se in corpore, sed semper extra corpore.

I. Dicimus Angelum per se nunquam in corpore, sed semper extra corpore. Per accidens tamen id fieri posse, concedimus. quando corpora assumere, ut appareant bona est. Et testatur Scaliger, Angelos ipsos sibi co-

359. sect. 13. Verum quia hujuscemodi corpora nunt, & natura eorum non est, corporibus ut formare, meritò per se ab omni corporis unione.

II. Sunt vero Angeli in duplice differenti boni: quidam mali. Malitiam intelligimus, sed moralem. Diabolus enim ratione essens, ac Angelus bonus. Quia 1. est Ens. 2. bonum: quia bonum cum Ente convertitur.

Quicquid autem à Deo creatum est, bonum

A 3

